Universitätsbibliothek Paderborn

Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 11. Sunt ne singulis hominibus singuli angelici additi custodes?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Visual Library

Hebr. 1. premus ordo dicitur) quidam miſſus
Ioan. 1. legatur: & Apoſtolus omnes eos administratorios ſpiritus eſſe commemoret.

At his contrarium eſt, quod vnus tantum ordo angelorum, id eſt, nuntiorum dicitur. Ad quod tamen di-
Pſal. 103. cunt, omnes angelos dici quãdo mittuntur. Angeli enim officij nomen eſſe, vt de Michaël & Gabriel, ac ſimi-
Luc. 10. libus patet. Similiter & de dæmonũ
Iob. 46. nominibus, qualia ſunt diabolus, Satan Belial, & ſimilia.

Sed Neoterici priorem ferè amplectuntur ſententiam, omnes præter primos tres ordines mitti dicunt. Et hi Seraph ad Eſaiam miſſum, di-
Eſai. 6. cunt non de ordine ſupremo fuiſſe, ſed ſic dictum propter inflammandi officium.

Angelos autem & adminiſtratorios ſpiritus omnes dici, quia ſupe-
Hebr. 1. riores medijs, & hi infimis denunciant, quod ad homines perferãt. Vnde per voculã, omnes, nõ niſi eos, qui de inferioribus ſunt, intelligendos eſſe.

Caput II.

Sunt'ne ſingulis hominibus ſinguli angelici additi cuſtodes?

Inter

INter cœleſtes ſpiritus, qui ex officio frequentius adſunt hominibus, quidam toti genti, aut regno præpoſiti ſunt gubernatores: quidam ſingulis hominibus à natiuitate in perpetuã tutelam redditi ſunt: quibus tamen imputari non debet, ſi ab vnius dei cultu recedant: ſed malis, qui his quidem ad interitum, illis verò ad exercitium Deo permittente deputantur. *Matt. 28.*

Porrò boni Angeli citra vllum diuinæ fruitionis detrimentum, peculiarem illorum curam gerunt, quos ſibi concreditos habent: quorum & ignorantiam erudiunt, iiſq́; dubitantibus rectè nonnunquam conſulunt.

Orant præterea pro illis, & preces eorum Deo offerunt, quo illos tandẽ regni cœleſtis conſortes habeant.

Quanquam per hæc obſequia, beatitudinis, vt aiunt, eſſentialis augmentum non merentur.

Caput 12.

Quæ fuit prima corporalis naturæ conditio?

ELementorum materiam Deus in principio cum angelica natura produxit informẽ, & con- *Gen. 1.*